

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Joannes Bacmeisterus, D. ...
Ad Solemnem funebrem deductionem Viri ... Dn. Valentini Beseliens/ Senatoriae
dignitatis primarii, Quam Moestissima Vidua & Liberi Hodie paratam expetunt ...
Omnes omnium in Academia ordinum Cives invitat : [P.P. Rostochii sub Sigillo
Rectoratus nostri, pridie Id: Maii, Anno CI IC LXXXIV.]**

Rostochi[i]: Weplingius, [1684]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74684705X>


Druck Freier  Zugang





Bacmeister, J.,
in V. Beselin,

R. 1684.

21







1684. 56

PROGRAMMA

Quo

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

JOANNES BACMEI-
STERUS, D.



d. & sup. Math. Prof. P. Facult. Med.
Senior & Decanus.

Ad

Solemne funebrem deductionem

Viri Prudentissimi ac Spectatissimi

DN. VALEN-
TINI Beseliens/

Senatoriæ dignitatis primarij,

Quam

Mœstissima Vidua & Liberi

Hodiè paratam expetunt

Officiosissime & humanissime


Omnes omnium in Academia ordinum

Cives invitat.

ROSTOCH. Litteris JOH. WEPPLINGI, Universi, Typogr.

21

dy



On ita pridem in ipso flore ætatis constitutum Virum Juvenem acerbo funere extinctum ad sepulchrum deduximus, & quidem minimè ante lucanis horis, quo tempore priscis sæculis funesta, quæ habebantur, juvenum funera, tanquam Solis aspectus inde abhorreret, efferri solebant, sed ipso meridie. Nunc iterum speculum humanæ fragilitatis nobis exhibet non in augmento ætatis, nec in florente ætate, neq; in ætate consistente, sed ad maturum senium properans VIR SENATORIUS. Adeò nec ætates discernere MORS didicit, nec verò etiam Ordines. Hunc autem Virum non sine magna Reipubl. & suorum clade, justo quidem, sed nobis occulto DEI judicio è medio sublatum esse, certissimum est. Nemo enim, uti opinor, ignorat, quanta sit Virorum prudentum in Reipubl. bene constituta necessitas, qui non solum consilio valent & autoritate, sed etiam sua prudentia Reipubl. sapienter moderari, juris æquabilitatem colere, flagitiorum coercere licentiam, excitare virtutis studia, ordinem in omni officio conservare, & rem denique publicam excellentibus meritis obstringere sciant; quique non privatis inimicitiis impulsæ, aut gratia adducti, sed publicâ utilitate commoti, sententiam suam dicant. Hinc quoque illi terrarum domini Romani nihil prius aut antiquius duxerunt semper, quam ut haberent Viros, qui, Curia sublellia occupantes, Consilio suo rem universam moderarentur. Quos cum aliquando Pyrrhi Regis Epirotarum Legati ita intuiti essent, ut in Confessu gravitatem, in Vultu majestatem, in Ore prudentiam viderent, *Deorum* quendam *confessum* aut Concilium quoddam esse judicarunt. Et certè, quamdiu Romanis fidum erat & altum Reipubl. pectus Curia, silentiiq; salubritate munitum & vallatum undiq; cuius limen intrantes, privatâ charitate abjecta publicam induebant: tam diu ab omni injuria & hostili vituti fuerunt. Quod ipsum probè animadvertens Respubl. Ratisbonensis, subsequenter elegantem admonitionem in ipso Curia limine tabulæ marmoreæ, aureis literis inscribi curavit. *Quisquis Senator Curiam officij causa ingrederis, ante hoc ostium privatos affectus omnes abjicito: Iram, Vim, Odium, Amicitiam, Adulationem, Reipubl. personam & Curam subjicito. Nam uti aliis*

æquum

aequus aut iniquus fueris: Ita quoque DEI iudicium expectabis & susti-
nebis. Beatissimam ergò meritò illam pronunciamus Rempubl., quæ tales
 Senatores habet; deplorandam verò illam, si quæ ejusmodi fulcris & co-
 lumnibus aut destituitur, aut morte privatur: hac tempestate maximè,
 quæ ærumnarum abs se & calamitatis affatim habet. Si quæ enim unquam
 ab Orbe condito tempestate, hoc certè deplorato tempore Pietas, Fides,
 Virtus omnis Viriditatem suam amisit: è diverso Scelerum ac flagitiorum
 omnium maturitas in nostrum hoc seculum erupit. Vacat namque hoc
 tempore Potentibus opprimere, Prioribus rapere, Privatis perdere. *Cor-*
rumpere & Corrupti, ut est apud Tacitum Historicorum prudentissi-
 mum, **SECVLUM** vocatur. *Definit igitur esse remedio locus, ubi quæ*
fuerant VITIA, MORES sunt. Quis non vidit hætenus bonos mergi,
 malos erigi: reptare Aquilas, volare Asinos: Corvos in turribus, Vulpes
 in curribus: lites in judiciis, veritatem in convitiis, totum Mundum in
 vitiiis? summam: Virtus evanuit, nequitia convaluit, improbitas matu-
 ruit, messis pietatis exaruit. Quò pejora autem sunt tempora, eò sa-
 nioribus indigemus Consiliis. Si ergo votis, precibus, lacrymis Vitæ
 terminus prorogari, & annis nostris anni adjici possent, non Tu DN.
VALENTINE BESELIEN hoc quidem tempore cadaver esses, sed ad
 annos longè plurimos supervixisses. Coniunctis votis & precibus vitam ti-
 bi longævam *Respubl. Rostochiana, Relicta Vidua, Fratres, Sorores, Agna-*
ti, Cognatique ceteri precabantur. *Respublica* certè *Civica*, quam tu à die
MATTHIÆ Anni M DC LXVII. quo ipso in Amplissimum ordinem Se-
 natorium cõoptabaris, & ab eo tempore juxta cum aliis ejusdem ordinis Vi-
 ris Consiliis, Senator Prudentissimus, rexisti, unis id votis vovebat, ut, Te
 diutissimè ad Clavum sedente, navis illa, quæ fertur, inter hæc vehemen-
 tes tempestates, rectum teneret cursum, nec in scopulos aut saxa pericu-
 lose illideret, spe & expectatione hæc suâ, te sibi sublato frustrata, gemit.
Relicta Vidua fœmina pientissima & lectissima, quantisper Te lecto mor-
 bus affigebat, continuis precibus, lacrymis, quæstibus, supremum solli-
 citabat Numen, ne ante canos & seram senectam matrimoniale illud vin-
 culum, quo Tecum colligata fuerat, dissolveretur: in luctu jam ver-
 satur accerbissimo, quod eo privata sit Marito, cum quo in concordia
 thalamo per complures vixit Annos. *Liberi adhuc superstites,* quando
 tuæ, Patris sui suavissimi, vitæ ardentem & Malignam febrem cum Peripneu-
 monia

monia infidiari viderant, non interruptis sed continuis gemitibus,
ne ab his fortissimis hostibus superareris optarunt. Agnati, Cognatique,
hanc subitaenam & planè insperatam Metamorphosin acerbissimis deflent
lacrimis: ut de Fratibus ac Sororibus nihil subjungam, quos præ summo
animi mœrore ita quasi ingemiscientes obaudire mihi videor. Si te, Charis-
sime Frater, nostræ partem animæ maturior rapit vis, quid moramur & nos:
- - - - - ibimus, ibimus

Ut cunqve præcedes, supremum
Carpere iter comites parati.

Verum quorsum hæc? Quis qualisque Vir hic fuit, manifestum satis erit,
in Historiam Vitæ & Mortis p. d. nostri expendemus, quam Filii JOANNIS
JOACH. BESELINI, L.L. Stud. solertiss. pietas expressit. Ea verò sic habet.

VIR MAGNIFICÆ, EXCELLENTISSIMÆ, PATRONE AC FAUTOR VENERANDÆ!

Quantum mihi vulnus acerbâ & insperatâ pland morte B. Dn. mei Pa-
gentis, Nobis eveni! prematurè erepti, inflictum sit, is optime, qui mecum
eandem expertus est fortunam, judicare poterit. Etenim hæcenus tan-
tum B. Matris mea, qua, dum vitam mihi dedit, suam amisit, amore &
benignitate (quam tamen defectum amantissimus mei dum viveret Pa-
ter abundè supplevit) orbatus fui: nunc verò per omnem meam vitam
utroque Parente, omnique auxilio terrestri & levamine privatus, cum iis
quos eadem fata premant, confugio ad eum, qui, jubere astitit, quos eis assigna-
verat in his terris, parentibus, se illorum Parentem & Tutorem fore firmissi-
mè promissit. Eiusq; veritate & fidelitate non me pœdefactū iri confido. Cum
tamen non parum solatij Nobis in hoc luctu sit, si nostram erga DN. Pa-
rentem ostensuri pietatem, curemus cum honestissime, & his quibus ejus
virtus & dignitas meretur, ritibus offerri, exhibebo Vra. Magnif. brevif-
simè & ruditer ejusdem vitæ & mortis cursum, in Programmate uberius
popus, explicandum. Natus is est Rostochii Anno 1628. die 21. Decembr.
qui fuit Dominicus, circa horam 12 nocturnam à Parentibus & virtutis &
Generis præstantia Clarissimis. Quippe Patrem coluit Virum Specta-
tissimum & prudentissimum DN. JOHANNEM Beselinum Senatorem hujus
Reip. Rostoch. mer. v. ssimum. Matrem vero feminam Lectissimam JU-
STINAM Bressen. Avus Paternus ei fuit vir Doctissimus & Integerrimus
JACOBUS Beselinus Civis hujus urbis primarius & sedecim Vir dignissimus
et præfectus ædis D. Nicolai fidelissimus. Avia paterna femina bon-
nessissima.

ne fiffima MARGARETA Havemans/ VALENTINI Havemans/ Civis
 & Mercatoris hac in urbe primarij & CATHARINÆ Koltowen filia.
 Avum Maternum habuit Virum Prudentissimum & Doctissimum NICO-
 LAUM Grefen/ Sedecimvirum ut & Patrum olim Clarissimum. Aviam
 Maternam feminam Nobilissimam, omnibus istum Sexum decentibus vir-
 tutibus ornatissimam, JUSTINAM Kirchhoffs/ Viri Ampliss. Consultiss.
 & Excell. DN. LAURENTII Kirchhoffs/ Cui consumatiss. & Illustriss. &
 Celsissimorum Principum Meklenburgensium & Luneburgens. Consiliarij
 graviss. & hujus Academia Profess. juris longè celeberrimi & JUSTINÆ
 Rudels filiam. Proavus Paternus extitit Vir Prudentiss. & Spectatissimus
 DN. JOHANNES Weselin/ Senator hujus Reip. eximius Proavia pater-
 na femina Nobilissima MARGARETHA Steins/ DN. JACOBI Steins/
 Senatoris hujus urbis gravissimi filia. Proavus Maternus Vir pruden-
 tiss. DN. NICOLAUS Grefen/ Senator hujus urbis Clarissimus. Proavia
 Materna WENDULA Euschowen/ DN. NICOLAI Euschowen/ Sena-
 toris hujus Reip. meritissimi Filia. Atavus Paternus fuit HENRICUS
 Weselin/ Civis & Mercator hujus urbis primarius. Abavia paterna femina
 honestissima ANNA Eggers. Abavus Maternus DN. CASPARUS Grefen/
 Senator hujus urbis eximius, Abavia materna CATHARINA Maeten.
 Atavus paternus fuit DN. NICOLAUS Weselin/ hujus Reip. Senator exi-
 mius. Atavia paterna ANNA Beckentius. Atavus Maternus fuit DN.
 BARTHOLDIUS Kirchhoff/ Consul. hujus Reip. longè meritissimus. Atavia
 Materna MARGARETA Kellermans/ Consulis Reip. Wism. filia.
 Hiscè laudatis ortus est majoribus, quorum nomen & hic & in aliis locis in-
 claruit & adhuc celebratur. Verum cum nulla sit sanguinis illa claritas,
 nisi Sanguinis Servatoris nostri Jesu Christi tinctura accedat, idcirco pri-
 ma Parentum fuit cura, ut Christo nomen daret & in familiam libero-
 rum Dei cooptaretur: hinc sequenti statim natiuitatis die sacro Baptisma-
 tis fonte ablatus est: Altera, ut succrescente etate literis bonisque moribus
 formaretur, hinc tam privatis quàm Scholæ Patriæ præceptoribus publicis
 eum erudiendum tradiderunt, quorum etiam ductu & diligentia non sper-
 nendos non tantum fecit in humanioribus progressus sed natura bonitate
 per omnem vitam literarum Literatorumque insignis extitit fautor. In
 ipsa tenerissima sua etate, vix enim annum expleverat, matre dulcissima
 suis orbatu, sicque ab ipsis etiam cunabulis Christianorum calamitates &


mala, quae tam maturam Parentum amissionem subsequi solent, eoque antimo ferre didicit. Annum agens 17, animum applicavit ad mercaturam, eumque in sinem Dantiscum ferme Oceani Baltici Emporium Clarissimū contendit, venit, vidit, appulit: verum animadvertens, se comode ibi subsistere non posse, maximum vero emolumentum sibi allaturum, si linguam Polonicam calleret, idcirco addiscenda istius linguae studio Poloniam, ejusque Urbes precipuas est ingressus & biennio elapso Dantiscum reversus: ubi confestim Mercator quidam, nomine Martinus Solman non minutim sed insigni copia suas merces vendens, quem Grossarium alias vocare amant, in ministerium suum (utpote candor & fides ejus ei jam erat nota) eum recepit. Hic tanto propediem eum prosequi cepit favore & fiducia, ut eum Regiomontum ad curandas, quae multa ei ibi erant, tabernas, ablegaret, ubi per aliquot annos prudentissimè & felicissimè maximam mercaturam exercuit. Sed insepata mors Dn. Parentis sui revocavit illum in Patriam, & cum per integrum novennium ab eadem abfuisset & illa tunc temporis praeter alios sic satis floreret, amore patriae in illa est retentus, & quod apud externos didicerat, strenuè atque caute mercatura hic operam dare cepit, & Deo ita dirigente, Anno 1659. d. 18. Jan. matrimonio sibi sociavit lectiss. pudicissimamque Virginem CATHARINAM Wedowen / B: JOACH. Wedowen / Civis & Mercatoris hujus Urbis quondam primarii filiam unicam, cujus Mater, Matrona piissima, per Dei gratiam adhuc superstes, Generi sui praematuram mortem luget & cum lachrymis frustra repetit. Quod Conjugium uti amabile quam maximè, pacatum & concors fuit, sic divina Clementia quoque non permisit sterile esse, sed vidit ex sua Amantissima natam sibi Filiam eo in ipso anno die 8. Decembr. sc. CATHARINAM DOROTHEAM megr. JOHANN. JOACHIMUM biennio postea. Sed illa me in lucem edens suam nobis lucera subtraxit per beatum discessum, quo in puerperis extincta est. Filia a. relicta Catharina Dorothea Viro plur. Rever. Clariss. & Doctissimo Dn. Christiano Hogen ad D. Marix apud Anklamens. Pastori fideliss. longe meritiss. An. 1682. d. 18. Jan. elocata nostrum Charissimum Parentem unā Neptē Catharina Dorothea, ejusdem cum Matre nominis exhilaravit. Anno luctus absoluto ob validas gravesque causas celibatum commutans, ad secundam vota transit, Deoque Duce junxit sibi Virginem Nobiliss. nullique sexus sui secundam Reginam Elisabetham Viri Ampliss. Prudentiss. Doctiss.

*Doct. Dni. Lucae Hagemeisteri Consul. Gußrov. longè meritiss. filiam, nunc
viduam moestissimam mihi Novercam, cujus tamen affectus planè mater-
nus nunquam defuit, è qua suscepit in tranquillissimi Conjugij felicitate
filios tres, Lucam sc. jam Jena Optimè literis ac studiis navantem, cui in-
superatæ parentis mors maximum afferet lætium, Valentinum Friederi-
cum & Henricum, Filiasq. quatuor, Magdalenam Sophiam, Justinam
Reginam, Annam Elisabetham & Catharinam Sophiam, quarum pri-
ma in ipso flore ætatis annos tantum habens tres, terrenis iterum subdu-
cta est. Ceteri 8. liberi per Dei gratiam omnes superant, Patrisq. sui præ-
maturam sic satis mortem acerbissimè lugent. Cum vero è privata vi-
vendi ratione candor Viri atque integritas passim innotesceret, hinc fa-
ctum est, ut publicis etiam gerendis rebus non usque ad eò ineptus videretur.
Quod, ut magis experiretur patria Civitas, ab Ampliss. Senatu 1663. Cen-
tum virorum Collegio adscriptus est, mox 1666. in sedecim virorum or-
dinem translatus & tandem 1667. Ampliss. Senatus suffragio omniumq. Ci-
vium applausu Senator electus est. Hic Dn. Parentis dexteritatem præ-
ponerem, nisi publicè ea me tacente satis constaret: hoc unicum tantum
dico, quod fuerit veri Christiani quasi exemplar & vir antiqua fide, &
qui ex sua natura ceteros potuerit superare, quantum etiam honestè vitæ
studuerint: Calumniatorum tamen virulentiam & mordacitatem, quo-
rum plenus semper extitit numerus, vix potuit effugere: sed cum virtus
semper habeat invidos, putantes, tantum laudi suæ detrabi, quantum aliis
additur, omnes ille suas actiones ad gloriam Dei & proximi utilitatem
salutemque retulit, donec 25. die mensis proximè præteriti gravius de-
cumbere, majoremque ac soevit morbi vim perferre cepit. Primam igitur
animæ curam habuit, hinc Virum plurimum Rev. Excell. Doctiss. Dn.
M. Gottlob Fridericum Seligmannum, Phys. & Metaph. Prof. longè cele-
berr. & ap. Lips. adhuc Ducalem Collegiat. ad se rogari curavit, qui post
seriam penitentiam sacram synaxin, qua devotissimè usus est, ei præbuit.
Hoc viatico instructus Medicorum etiam adhibuit diligentiam, ne corporis
rationem planè neglexisse videretur. Itaq. primùm à Viro Nobiliss. atq. Ex-
per. Dn. D. Bernhardo Barnstorffio, Pract. apud nos feliciss. necessaria ad
sanitatem restituendam Medicamenta facientia sunt adhibita: mox com-
municatis invicem consiliis & Vir Magnif. Excell. atq. Experimentissimus Dn.
D. Johannes Backmeisterus, Prof. Publ. & Facult. sua Senior graviss.
Pract. longè feliciss. Sp. t. Acad. Rector, impensè in salutem ægri Patris la-
boravit*


boravit. Quoniam autem vis morbi omnem humanam superabat operam,
inter devotissima suspiria die 3. Maji, circa horam 5. vesp: pie placideque
expiravit, post exactos LV. annos cum 4. Mensibus & 13. diebus, animam-
que sic suam Servatori suo reddidit, Nobis vero immortalem & lu-
tuosam sui memoriam reliquit. Atque ita ille personam suam in hujus Mun-
di scenâ egregiè satis egit. Quid nos, Cives Academici omnium Ordinum ho-
noratissimi, facere convenit. Viduæ quidem in lacrumis & luctu summo
sitæ, Liberis moestissimis aliisque omnibus, ad quos ex hoc casu dolor ac tri-
stitia prevenit, ex animo precemur, ut spiritum fortitudinis, patientiæ,
consolationis ijs largiatur, lacrimas abstergat, lætitiâ reddat, constan-
tiam conciliet, quæ generosè hanc adversantis fortunæ plagam excipere,
dolorem ex eâ conceptum concoquere, & Christianâ fide dignam animi
presentiam præ se ferre possint. Interea verò & ipsius Defuncti merita &
Familiæ faventis nostro ordini splendor merentur, ut erga Viduam, Liberos,
Dn. Fratres, Sorores, Cognatos, Affines condolentiam nostram præcipuè
quodam gratitudinis officio declaremus quàm evidentissimè. Atque vix
erit, ut illud evidentius facere hoc tempore possimus, quàm si, quod
omnes officiosè rogatos & monitos volumus, quam maximâ frequentiam
in Templo Cathedrali D. Jacobo sacro conveniamus, & præsentia nostra
Exequias ornemus. Eadem opera salutem & incolumitatem nostram Deo
commendabimus, pericula imminetia deprecabimur, ac nos ipsos no-
stræ mortalitatis commonefaciemus. P. P. Rostochii sub Si-
gillo Rectoratus nostri, pridie Id: Maji,
Anno MDCCXXXIV.


Conventus fiet in Templo Jacobo hora prima






GK





Ampliss. Dni. Luæ Hagemeisteri Consul. Gustrov. longè
 viduam mestissimam mihi Novercam, cujus tamen
 nus nunquam defuit, è qua suscepit in tranquillissim
 filios tres, Lucam sc. jam Jene Optimè literis ac studi
 speratæ parentis mors maximum afferet luctum, V
 cum & Henricum, Filiasq. quatuor, Magdalenam
 Reginam, Annam Elisabetham & Catharinam So
 ma in ipso flore ætatis annos tantum habens tres, ter
 ta est. Ceteri 8. liberi per Dei gratiam omnes super
 maturam sic satis mortem acerbissimè lugent. Cum
 vendi ratione candor Viri atque integritas passim
 etum est, ut publicis etiam gerendis rebus non usque ad
 Quod, ut magis experiretur patria Civitas, ab Am
 tum virorum Collegio adscriptus est, mox 1666. in
 dinem translatus tandem 1667. Ampliss. Senatus suff
 vium applausu Senator electus est. Hic Dn. Parenti.
 ponerem, nisi publicè ea me tacente satis constaret:
 dico, quod fuerit veri Christiani quasi exemplar &
 qui ex sua natura ceteros potuerit superare, quantun
 suaverint: Calumniatorum tamen virulentiam &
 rum plenus semper extitit numerus, vix potuit effug
 semper habeat invidos, putantes, tantum laudi suæ de
 additur, omnes ille suas actiones ad gloriam Dei & p
 salutemque retulit, donec 25. die mensis proximè p
 cumbere, majoremque ac sevit morbi vim perferire
 tur anima curam habuit, hinc Virum plurimum Re
 M. Gottlob Fridericum Seligmannum, Phys. & Meta
 herr. & ap. Leps. adhuc Ducalem Collegiat. ad se rog
 seriam penitentiam sacram synaxin, qua devotissim
 Hoc viatico instructus Medicorum etiam adhibuit dili
 rationem planè neglexisse videretur. Itaq. primùm à
 per. Dn. D. Bernhardo Barnstorffio, Pract. apud nos
 sanitatem restituendam Medicamenta facientia sunt
 municariis invicem consiliis & Vir Magnif. Excell. atq.
 D. Johannes Backmeisterus, Prof. Publ. & Facult.
 Pract. longè feliciss. Sp. t. Acad. Rector, impensè in sal



p, nnn
 mater
 icitate
 cui in
 ederi
 linam
 m pri
 ubdu
 i pra
 a vi
 nc fa
 retur.
 Cen
 m or
 & Ci
 pro
 nium
 ide, &
 e vite
 quo
 virtus
 n alio
 rem.
 ius de
 m igi
 7. Dn.
 cele
 i post
 ebuit.
 poris
 g Ex
 ia ad
 com
 u Dn.
 aviff.
 ris la
 ravit